



PROOEMIUM.



A est mentis nostræ conditio atque indoles, ut tum demum cuidam propositioni assensum suum præbeat, cum plene convicta sit de ejusdem veritate omnimoda. Veritas enim est, quam intellectus noster unice sibi habet propositam, & in qua obtenta demum potest acquiescere. Nonnunquam tamen evenire solet, ut res nobis vera atque certa videatur, quæ ipsa adhuc multis si non falsitatibus, dubiis tamen inextricabilibus est obnoxia. Quare ut certo persuasum habeamus rem quam veram credimus, veram etiam esse, eandemque aliis demonstrare queamus, necesse est, ut cognitionis nostræ partes tam firmiter inter se cohæreant, ut non facile dissolvi queant, quam cognitionis rationem soliditatem vocare consueverunt. vid. Celeb. Dn. Prof. Syrbius in Instit. Logic. C. III. de cognitionis hum. solidi-

A

lidi-